

L 17 Besuch aus der Provinz

A: „Comperistine aliquid novi¹ de uxore filioque, Lepide?“

L: „Nihil comperi. Tamen spero et semper sperabo.

Deis sacrificare non desinam.

Benigni² erunt et nobis favebunt; preces nostras audient.“

C: „Et nos deis sacrificabimus neque auxilium eorum vobis orare desinemus.

Ecce, Flavia! Quam pulchra est!

Salve, Flavia! Quem conspectu³ tuo delectare cogitas?

Cuius animum perturbare studes?“

A: „Satis est, Tiberi.

Dic, Quinte: Quo nos duces?“

Q: „Ad forum Traiani, ubi opus magnum videbitis.“

Post breve tempus omnes ante columnam⁴ Traiani stant.

Q: „Hic videtis monumentum,

quod⁵ senatus¹ post bellum Dacicum ad honorem Traiani Caesaris exstruxit.

Ego vobis nunc effigies⁶ columnae⁴ explanabo ...“

A: „Specta huc, Tiberi! Videsne pontem tuum?“

C: „Quam saepe tibi dixi, Aemilia, me eum non solum exstruxisse!“

A: „Dic nobis: Quocum pontem Danuvio imposuisti?“

C: „Ego fui praefectus fabrum⁷.“

Q: „Cui Traianus pontem exstruendum⁸ tradiderat?“

F: „Architecto¹ nomine Apollodoro, ut credo.“

C: „Sic est, Flavia; nam Apollodorus in arte architecturae¹ fuit egregius.“

Q: „Profecto pons magnum exemplum architecturae¹ Romanae est.

Multa milia⁹ virorum tres annos laboraverunt

et eum summis laboribus, summis periculis exstruxerunt.

Quam ingens opus itemque pulchrum!“

Tum Quintus alias effigies⁶ columnae⁴ explanat. Ceteri cum voluptate audiunt.

1) **aliquid novi**: etwas Neues 2) **benignus, -a, -um**: gütig, gnädig 3) **cōnspectus** (*Abl. cōnspectū*) m: Anblick 4) **columna, -ae** f: Säule 5) **quod** (*Akk. Sg. n; Relativ-Pronomen*): das 6) **effigiēs** (*Akk. Pl. effigiēs*): Darstellung, Bild 7) **praefectus** (-ī m) **fabrūm**: Verantwortlicher für die Pioniere 8) **pontem exstruendum**: den Bau der Brücke 9) **mīlia** (*m. Gen.*): Tausend (*m. Nom.*)